UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas, Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

36. In dedicatione Ecclesiæ, de Zachæo. Luc. 19.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70978

Visual Library

baculo in manibus non ſine fatigati
ambulantem. Vide eos in ſummo æſtu
pe humi ſine vmbraculo in locis deſe
ſedentes, deſtitutos neceſſario cibo po
que, noctu verò in ſpelunca aliqua, &
nuda terra recubantes. 2. Conſiderat
phum reuerſum in terram Iſrael, licet
ret Deum eſſe protectorem ſuum, tam
noluiſſe redire in Iudæam, vt diſcas ho
nes iuſtos, licet de ſua ſalute ſecuros, n
debere ſe obiicere periculis, & Deum
tare, ſed ex parte ſua, quando poſſunt
clinare: ſicut & ideo fugit in Ægyptum

IN DEDICATIONE ECCLESIÆ.

De Zachæo. Luc. 19.

1. IESV perambulante Iericho, Zachæus
blicanorum princeps, quærens videre
SVM, aſcendit arborem, quia ſtatura pu
erat, & præ turba non poterat videre. Co
dera quam bonus & ſuauis ſit Deus, qu
promptus ad præbendam homini occaſi
nem, vt peccare deſiſtat. Nunquã Zach
quæſiſſet Chriſtum, niſi ipſe prius dig
tus fuiſſet ambulare per Iericho: ſed
parte noſtra cum Zachæo facienda ſu

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tia, cum Deus nobis gratiam offert. Primo enim debemus negotia & lucra temporalia relinquere. 2. duo impedimenta remouere, nẽpe, ne timeamus turbam, id eſt, ludibria hominum, nec ſimus nimium in perferendo labore conuerſionis animo puſilli, ſed alacriter aſcendamus arborem crucis, *Qui enim vult venire poſt me*, ait Christus, *tollat crucem ſuam.* Sycomorus ſignificat ficum fatuam, & rectè: quia crux Iudęis fuit ſcandalũ, & gentibus ſtultitia. Matt. 16.

Iesvs eo viſo dixit. *Zachæe feſtinans deſcende, quia hodie in domo tua oportet me manere: & feſtinans deſcendit, & excepit illum gaudens.* Conſidera, quia Zachæus magno deſiderio & deuotione dulci Chriſti aſpectu perfrui cupiebat, ideo Christũ neglecta turba, qua ſtipabatur, in eum ſolum intendiſſe oculos. *Ad quem enim reſpiciam*, ait apud Iſaiam, *niſi ad pauperculum, & contritum ſpiritu?* Deus enim, quoties vel initia bonæ volũtatis in aliquo deprehendit, mox illi obuiam procedit, imò præuenit, & benignã manum porrigit ad extrahendũ à peccato non ſecus, quã filio prodigo pœnitenti ſponte occurrit pater. 2. Conſidera, liberalitatẽ Chriſti, qui lõgè plus tribuit Zachæo, quã ille vnquã expe- Iſa. 66. Lu. 15.

P 2 ctarit,

ctarit, non enim ſolum ſe videndum præbuit, ſed etiam diuerſari voluit in domo, vt & ipſi, & toti familiæ eius gratiæ ſuæ theſauros impertiret. 3. Conſidera Zachæum cucurriſſe, & cum feſtinatione de arbore deſcendiſſe, vt diſcamus nō eſſe ſegnes in admittendis diuinis inſpirationibus, & exequendis. Deinde cum gaudio illum excepiſſe, vt & nos in animæ domum ſæpius eum ſacramentaliter, ac cum gaudio ſpirituali recipiamus.

Cum Zachæus ſtans dixiſſet, ſe dimidium bonorum dare pauperibus, &c. ait Ieſus. Hodie ſalus domui huic facta eſt. Conſidera, vt ſalutem à Deo conſequamur, opus eſſe, vt primo per opera pœnitētiæ ſatisfaciamus Deo, deinde proximis, ſi quid illis debemus, vel reſtituēdo aliena, vel iniurias cōdonādo, deinde etiam pauperibus aliquid diſpenſemus; multum, ſi multum habemus; ſi parum, parum; ſi nihil, ſaltem condoleamus, & bonis verbis ſolemur. 2. Cōſidera, Chriſtum vbicunque receptus eſt, magnum aliquod donum contuliſſe, vt in domo Zachariæ, Archiſynagogi, Phariſæi Simonis, & nunc Zachæi. Recipe ergo & tu, ſi ditari velis, eum crebrius in domum animæ tuæ, cum occaſio eſt communicādo.